

Philosophorum probatur amplius: Eli-  
xir fieri ex ferro communi.

112. ¶ Vas distillationis Mercurii, simile  
esse debet tabulæ planæ, aut parvæ con-  
cavitatis.

113. ¶ Elixir sit ex ferro communi, quod  
hoc plus sulphuris fixi habeat præcæte-  
ris metallis. Et quod sui spiritus virtuo-  
siores sunt, & quod sua terrestreitas ab eo  
facile separetur, & facile ad materiam  
primam reducatur, & quod ipsius ferrum  
Mercurius præparatus suum sulphur me-  
lius à combustionē defendat, & quod  
hoc incompletum sit, & medium mine-  
tale, in quo extrema in virtute conti-  
nentur, & quod minera sit auri philoso-  
phici.

114. ¶ Antiqūi Philosophi per varia enig-  
mata & similitudines significarunt, Eli-  
xir ex ferro componi.

115. ¶ Ferrum, hominem dixerunt veteres,  
quod habeat animā, corpus & spiritum.

116. ¶ Ferrum generatur in terra speciali-  
ter per virtutem stellæ polaris.

117. ¶ Lapis ille, qui vili prelio venditur,  
ferrum est, si cæteris metallis compara-  
veris.

118. ¶ Ferrum vegetabile dicitur.

119.